UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 18. An conservator exequatur suam sententiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

QUÆSTIO DECIMA SEPTIMA.

Conſervator an dare poſſit licentiam extrahendi quempiam ex loco ſacro.

MInimè, Qua de re extat Gregorii conſtitutio, quam deſcripſi in jamcitato tractatu, *lib. 4. quæſt. 65.* Quid vero hac in re pari cum Epiſcopo manu poſſit, vide Emanuelem Roderic. *quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 50. art. 3.* & plena manu Farinac. qui Gregorianam illam conſtitutionem ſuis commentariis illuſtravit.

QUÆSTIO DECIMA OCTAVA.

An Conſervator exequatur ſuam ſententiam.

SUMMARIUM.

1. *Conſervator exequitur ſuam ſententiam.*
2. *Exequi non poteſt poſt annum, uti quidam volunt.*
3. *Exequi an poſſint in bonis laicorum.*

1 REſpondetur affirmativè, *cap. 1. de offic. deleg. in 6. cap. querenti, cap. ſignificanti, cap. ſi quando, cap. in literis eod. tit. Spec. tit. de execut. ſent. §. nunc dicendum*, idque non tantum per ſe, ſed etiam per ordinarium, *cap. cum contingit ubi Navar. de reſcriptis d. cap. ſignificanti d. cap. literis*, opinione tamen nonnullorum non poſt annum, *d. cap. 1. & d. cap. querenti*, opinione vero aliorum etiam poſt annum, *l. 1. ff. ne vis fiat ei Neviſ. conſ. 35. num. 7. Abb. cap. pro illorum numer. 11. de præbendis*, idque non obſtante remora ordinarii, *cap. ſi quando de offic. deleg. cap. Paſtoralis §. quia vero eod. tit.* Concluſionis hujus ratio eſt, quia delegatus
3 principis ſententiam ſuam exequi poteſt, & quidem ſi ſit Eccleſiaſticus in bonis Clericorum, non vero in bonis Laicorum, niſi per implorationem brachii Sæcularis, *Vincentius Carocius de Remediis adverſ. damnoſas execut. except. 119. Lanfranc. ſing. 25. & 27.* quam tamen diſtinctionem Speculator non admittit, dummodo executio fieri poſſit ſine armis. *Speculat. de primo & 2. decreto §. Reſtat. nu. 1. &*

2. vide

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

2. vide Rom. l. jubere num. 6. ff. de juriſdict. omn. judicum, Innocent. cap. cum olim Papa num. 2. de privilegiis.

QUÆSTIO DECIMA NONA.

Utrum Conſervator invocare poſſit brachium Sæculare.

DE imploratione brachii Sæcularis quædam tradidimus alio in loco *de juriſdict. ord. in exemptos lib. 4. quaſt. 39. 82. 111. num* 16. 19. 20. Qui plura volet, videat ex profeſſo Franciſcum Molinum, *tractat. de brachio Sæculari, Navarrum in Rep. cap. cum contingat. Rom. 1, de Reſcriptis, Andream Gaill lib. 1, obſerv. 115. DD. cap. ſignificanti de offic. deleg. & etiam infra hoc loco quaſt. 37.*

QUÆSTIO VIGESIMA.

An mittere poterit in bonorum poſſeſſionem.

SUNT aſſerentes & negantes ſententiæ, uti videre eſt ex iis quæ tradidi *dicta quaſt. 11. numero 22. & ſeqq.*

QUÆSTIO VIGESIMA PRIMA.

Num Conſervator abſolvere poſſit à cenſuris.

SUMMARIUM.

1. Conſervator abſolvit à cenſuris à ſe latis, niſi ſuperior conſervator abſolutionem ſibi reſervaſſet, aut illius juriſdictio expiraſſet.

2. Limita, niſi Papa excommunicationem confirmaſſet.

3. Confirmatio Papæ quid operetur.

4. Conſervatores abſolvunt eos, qui Eccleſias ipſi ſubiectas violant.

Abſolvendi poteſtatem an conſervator poſſit ſubdelegare.

REſpondetur, quod à cenſuris à ſe latis abſolvere poſſit. *cap. prudentiam* § 1 *ſextò de offic. del. cap. Paſtoralis* §. *preterea de offic. ordin. gloſſ. cap. cum inferior verb.*